Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cogitationes mee uarie succedunt. ⁊ mens in diuso rapitur
Doctrina quam me arguis audiam. ⁊ spe intelligitur mee respon
debit mihi. Hoc scio a principio ex quo positus est homo super terram. quod laus
impiorum breuis sit. & gaudium ypocrite ad instar puncti.
Si ascendit usque ad celum superbia eius. ⁊ caput eius nubes tangit.
quasi sterquilinium in fine perdetur. & qui eum uiderant dicent
Vbi est. Velut somnium auolans non inuenietur. transiet sicut ui
sio nocturna. Oculus quem uidebat non uidebit neque ultra intue
bitur eum locus suus. Filii eius attterent egestatem. ⁊ manus illi
reddent ea dolorem suum. Ossa eius implebuntur uitiis ado
lescentie eius. & cum eo in puluere dormient. Cum in dulce
fuerit in ore eius malum. abscondet illud sublingua sua.
Parcet illi ⁊ non derelinquet illud. ⁊ celabit in gutture suo.
Panis eius in uentre illius uertetur in fel aspidum intrinsecus. Di
uitias quas deuorauit euomet. de uentre illius extrahet
eas deus. Capiet aspidum fugiet. ⁊ occidet eum lingua ui
pere. Non uidebit riuulos fluminis torrentes mellis
⁊ butyri. Reddet quod fecit. nec tamen consumet. Iuxta mul
titudinem adinuentionum suarum sic ⁊ sustinebit. quoniam con
fringens nudauit pauperes. Domum rapuit ⁊ non edifi
cauit eam. nec saciabitur uentrem eius. Et cum habuerit quod
cupierat. possidere non potest. Non remansit de cibo eius. ⁊ pp
terea nichil remanebit de bonis eius. Cum saciatus fuerit
arcabitur. et tuabitur. ⁊ omis dolor urruet ieum. Vtinam
impleatur uentrem eius. ut immittat in eum iram furoris sui. ⁊
pluat super illum bellum suum. Fugiet arma ferrea. et ir
ruet in arcum ereum. Educet ⁊ egredietur de uagina sua
⁊ fulgurans in amaritudine sua. Vadent ⁊ uenient
super eum horribiles. omnes tenebre abscondite sunt in occultis eius.
Deuorabit eum ignis qui non succendetur. affliget reliquum
in tabnaculo suo. Reuelabit celum iniquitatem eius. ⁊ terra
surget aduersus eum. Germen domus illius detra
hetur in die furoris dei. Hec est pars hominis impii a deo. ⁊ he
reditas uerborum eius a deo.